

DE BIGAMIS non ordinandis.

Cap. Super eo.

S V M M A R I V M.

- 1 Bigamus quamvis ordinari non debeat, tamen si secus fiat, charactere recipit.
- 2 Episcopi qui ordinant bigamum quos penas incurrat. & num. 44.
- 3 Suspenditur ab ordinum executione est capax pena depositio ab ordine.
- 4 Bigamus qua ratione sit irregularis. & num. 10.
- 5 Dispensatur facilius cum ordinante bigamum, quam cum ordinato.
- 6 Culpa deletur per penitentiam, irregularitas secula. & num. 9.
- 7 Dispensare non potest Episcopus cum bigamo in sacris Ordinibus.
- 8 Episcopi non dispensant contra Apostolum.
- 9 Criminosus post peccatum penitentiam incipit esse qui d non erat.
- 10 Bigamus ordinari prohibetur non propter culpam, sed propter Sacramenti defectum.
- 11 Papa dispensare potest cum bigamo ad omnes sacros ordines.
- 12 Papa quamvis in articulis fidei dispensare non possit in aliis tamen potest, ut in Sacramento, & vota.
- 13 Bigamianon est adiuncta irregularitas iure naturalis sed p sctivo.
- 14 Papa dispensat in omni constitutione Ecclesie.
- 15 Papa an. & quando dispensare possit contra Apostolum.
- 16 Papa est maior Apostoli administratione.
- 17 Nec Patet, nec Petri Constitutionibus adstringitur, sed Dei.
- 18 Papa non dispensat cum bigamo de potestate ordinaria, sed absoluta. Papam non debet semper uti plenitudine potestatis. ibidem.
- 19 Dispensare an possit Episcopus auctoritate ordinaria cum sibi subditi vero bigamo ad primam tonsuram, & beneficia simplicia. & num. seq. usque in finem.
- 20 Quod si dispensat, & tonsuram, ac beneficium conferat quis penas collator, & collatarum incurrant. & n. 44. & seq.
- 21 Pro sententia affirmativa referuntur auctoritates Theologorum. Et Canonistarum num. 22.
- 22 Affertur fundamenta pro eadem sententia affirmativa.
- 23 Intellectus cap. Lector. 34. dist. & n. 32. vers. Ad primum igitur.
- 24 Episcopus dispensat cum illegitimo.
- 25 Item cum Diacono qui matrimonium contraxerit.
- 26 Item cum Monachis, & Monachi, qui nubendo bigamiam contraxerunt.
- 27 Apostoli prohibetur super bigamia, de quibus ordinibus intelligatur.
- 29 Referuntur Auctores pro sententia negativa.

- 30 Theologorum, & Canonistarum concilio.
- 31 Bigami noni privilegio clericali nudati sunt, & sub anathemate prohibentur tonsuram, vel habitum clericalem deferre.
- 32 Episcopus an possit ex necessitate causa contra generale Concilium dispensare. & num. 40.
- 33 Inferior a Papa non dispensat contra preceptum Apostoli.
- 34 Papa potest iure ordinario super bigamia dispensare. Episcopus non dispensat contra Canonem etiam non Concilium statuentem per verbum non potest. ibid. vers. Ad sunt eadem.
- 35 Dispensatio contra Concilium censetur prohibita, eo ipso quod non reperitur concessa.
- 36 Dispensatur facilius in delictis, qua penitentia tollantur, quam ex defectibus, qui durant etiam post Baptismum.
- 37 Episcopus cur dispensat cum illegitimo, & non cum bigamo.
- 38 Bigamia irregularitas cur inducitur.
- 39 Ordines omnes sunt unum sacramentum.
- 40 Episcopus quo casu possit super bigamia dispensare. Dispensatio nulla concedi debet sine iusta causa. ibid. vers. Ceterum.
- 41 Clerici coniugati non sunt a libendis in ministerio Ordinum, nisi cum desint clerici calidius Bigami etiam si calidius desint, prohibentur ab Episcopo in minorum ordinum ministerio. ibidem.
- 42 Episcopus an possit cum bigamo dispensare ac necessaria simplicia. Laicus non est capax beneficii Ecclesiastici, ibidem.
- 43 Bigamus ordinatus ab Episcopo ad primam tonsuram non habet ordinis executionem, nec est capax beneficii.
- 44 Pena suspensionis infligitur Episcopo bigamum ordinanti an sit lata sententia, vel ferenda.
- 45 Ignorantia juris valet duob; & intricata an excuset Episcopum a pena.
- 46 Opiniones diversitas in aliquo articulo executione contemptu, & a pena.

SUPER EO. Cum bigamo, qui ordinatus est ad sacros, non dispensatur, & ordinator privabitur potestate ordinandi, si cum eo fuerit dispensatum. Hoc dicit. Prim recitat consultationem. Secundo dat responsum, ibi respondetur. Vel divide in quatuor partes, ut per Cardin. & Joan. de Anan. Nota primo bigamum, quamvis ordinari non debeat, tamen si secus fiat, charactere recipere, ut clare probat hoc littera, ibi sunt privandi; nec non ibi, remanere: nam quomodo privari, & remanere possent, si Ordines non recepissent? Idipsum patet in cap. Quicumque penitens, qui cumque bigamus, 50. dist. ibi in bigamo invenitur ordine perpetua stabilitate permanenti & tenet hic glossa magna in fine. Innocent. num. 1. in ver. Dispensare, Butr. num. 3. & 7. Anchar. num. 2. & ceteri omnes, sanctus Thomas in 4. dist. 27. quest. 3. art. 3. Sylvest. in ver. Bigamia, num. 7. Rota decis. 1. de bigam. in novis, & decis. 7. num. 3. & plenius decis. 50. in 6. part. 5. recent. & coram Gregor. XV. decis. 50. in 8. & cap. alias adulter. de iudic. & tamen Apostolus æque pro-

redarguit Nicolaum Furiosum, quod non sine furore scripserit bigamum non magis charactere recipere, quam alium.

Secundo nota penam ordinantis bigamum: est enim suspensus ipso iure a collatione Ordinum: intellige per annum, ut in c. Nullus penitentem, 55. dist. 2. per quem textum ita ex facto respondit Navarr. cons. 3. incipien. Episcopus quidam, hoc tit. Nec obstat littera hujus textus ibi, sunt privandi, quia exponitur, id est deponendi, secundum Holtm. princ. in ver. Officio, Joan. Andrianum. 2. Bellam. & Card. in princ. in eod. ver. et notat Archid. in dicto cap. Nullus, num. 2. in 1. gloss. qui ad hoc allegat. cap. 1. §. 1. dist. de cult. 62. dist. 3. & hoc sentit Anton. de Butrio hic num. 2. dum dicit: nota quod carens ordinis executione est habilis ad recipiendam ordinis deponitionem, & sic est capax deponitionis, per quod videtur, quod deponitio ab ordine aliquid operetur in suspensio ab executione, quia tollit ipsam executionem. His enim verbis Butr. aperte supponit ordinatorem, de quo textus loquitur, esse ipso iure suspensus. Et quamvis S. Congregatio Concilii videatur sentisse Episcopum sic ordinantem in nullam penam incidere ipso iure tamen contrarium probavit Sixtus V. in casu contingenti, ut dicam infra, num. 46. in fin.

Tertio nota ex textu penam bigami ordinati, quia prohibetur in susceptis ordinibus ministrare, & ad altiores ascendere, & sic est irregularis, cap. Super, infra eod. Quod probat S. Thom. in 4. dist. 27. quest. 3. art. 1. qu. 1. quia aliquis per Sacramentum Ordinis minister Sacramentorum constituitur, & ille qui aliis Sacramenta ministrare debet, nullum defectum in Sacramentis pati debet. Defectus autem in Sacramento est, quando Sacramenti significatio integra non invenitur. Sacramentum autem matrimonii significat conjunctionem Christi ad Ecclesiam, quæ est unus ad unum; & ideo requiritur ad perfectam significationem Sacramenti, ut vir sit tantum unus vir, & uxor tantum unus uxor, & ideo bigamia, quæ hoc tollit, irregularitatem inducit. Ad hoc cap. Debitum, infra eod., & sequitur totidem verbis Sylvest. in ver. Bigamia, num. 1.

Quarto nota facilius dispensari cum ordinante, licet gravius delinquat, quam cum ordinato. Et est ratio, quia in primo est culpa tantum, in secundo autem culpa, & irregularitas, quæ non tollitur per penitentiam, sicut culpa, post Boatin notant hic Cardin. col. 1. in 3. oppos. Anchar. num. 2. in 3. notab. & Joan. de Anan. in princ. & solvitur contrarium decis. 2. ad finem supra de transi.

Ultimo nota Episcopum cum bigamo dispensare non posse ut remaneat in susceptis Ordinibus, vel ad superiores ascendat. Quod hodie admittunt omnes in ordinibus sacris: nam contraria opinio, quæ olim irrepleta, expressè reprobatur in c. Nuper, & cap. A nobis, infra eod. nec mirum, quia Episcopi non dispensant contra legem Apostoli, ut hic patet, sicut nec contra legem Concilii, ut in extravag. Joan. XXII. Sancta Romana, §. Quidam autem, de relig. domib. & notat hic Butr. num. 5. nec refragatur quod Episcopus dispenset cum criminosis, cap. Si Clerici, §. De adulter. de iudic. & tamen Apostolus æque pro-

hibeat criminosos ordinari, §. Neque autem, 25. dist. Quoniam, ut respondet hic glossa magna, criminosis post peccatum penitentiam relictus videtur in pristinum statum, & incipit esse quod non fuit, cap. Ferrum, c. Ponderis, & cap. Dominus sanctus, 50. dist. & ideo cum talibus dispensatur. Sed bigamus non prohibetur promoveri propter crimen, sed propter Sacramenti defectum, ut in cap. Debitum, infra eod. c. Accusatus, 26. dist. quia carnem suam dividit in plures ab unitate recedendo, & hoc Sacramentum amplius relictus non potest per aliquam satisfactionem, cum non sit crimen; & ita aliud consideravit dum dicit, non criminosis. Ita glossa, cujus opinionem communiter sequuntur DD. & dicunt veram esse Holt. num. 2. in ver. Dispensare, & Butr. num. 8. In minoribus autem an Episcopus dispenset, dicam latissime in proxima quæ. a num. 20. usque in finem.

Sed Papa si velit dispensare potest ad omnes ordines etiam Diaconatus, & Presbyteratus, sicut Luceus Papa dispensavit cum Panormitano Archiepiscopo, ut in c. Lector, 34. dist. nam est contra articulos fidei dispensare non possit, c. Sunt quidam, 25. quest. 1. glossa fin. in cap. Sicut, 15. dist. in aliis tamen potest, unde & in iuramento, & in voto dispensat, live in melius commutat, cap. Iuratos, 15. quest. 6. cap. 3. infra de iur. iur. cap. Magna, & per totum, infra, de voto. Et Evangelium interpretatur, & illi addit, ut colligitur ex cap. In omni, infra, de testibus, & c. Praesul, 2. quest. 5. secundum Innocentium hic num. 2. & Holtm. num. 3. Præsertim vero, quia cum bigamus charactere ordinis recipiat, ut dixi in 1. notab. inde patet bigamiam non esse adiunctam irregularitatem de iure naturali, sed de iure positivo, necesse de essentialibus Ordinibus, ut quis non sit bigamus, ut docet S. Thomas in 4. dist. 27. quest. 3. art. 3. & postea Holtm. Archid. in c. Subditus, & in cap. Super, 34. dist. Collect. & Anchar. hic ambo num. 2. & determinat Innocent. communiter approbatus in c. Nisi eum pridem, & ibi dixi num. 84. supra de renunc. Papa autem dispensat in omni Constitutione Ecclesie, cum sit supra omne jus humanum positivum, cap. Proposuit, §. Licet, infra, de concess. Præbend. & c. Ad honorem, supra, de usu pally. Nec obstat auctoritas Apostoli ad Titum 1. & 1. Timoth. 3. dicentis: Oportet Episcopum esse unius uxoris virum. Et enim Apostolus dupliciter in doctrina sua aliqua proposuit, quædam scilicet, sicut promulgans jus Divinum, sicut illud, quod habetur ad Galat. 5. Si circumcidimini Christus vobis nihil proderit, & multa alia huiusmodi, & in hoc Papa non potest dispensare. Quædam verò sicut propria auctoritate aliqua statuens: nam ipse dicit 1. ad Corinth. 11. Cetera cum venero disponam: & infra ibi, mandavit ut collecta, quæ sunt in 1. Sancti, per unam Sabbathi hant, quod non pertinet ad jus Divinum: & similiter etiam quod dicitur de bigamo non promovendo, non est iuris Divini, sed institutio auctoritatis humana divinitus homini concessæ. Ita formaliter declarat S. Thom. quod 4. art. 13. ad 1. Unde & in eadem Apostoli regula continetur, non percussorem; & tamen Papa nedom cum percussore, sed & cum homicida dispensat, ut notatur, in c. Sicut

dignum, §. *in infra de homicid. c. pen. & ult. de Cler. percuss. c. 1. supra tit. prax. dixi in c. Henricus, n. 30. de Cler. pugna. in duello. Potest ergo eodem modo dispensare cum bigamo, licet Paulus prohibeat ipsum ordinari. Præterea ibi Apostolus prohibet ordinationem, non autem dispensationem, secundum Goffred. & Joann. Andr. *hic num. 9.* sed etiam dispensationem prohibuit, nihilominus Papa est major Apostolo administratione, ut dicit hic Innocent. in fine. Joann. Andr. *num. 10.* post Goffred. Joann. Tancr. Holtien. & Abb. Antiquos, quos citat, & Collect. *num. 2.* Et quamvis Apostolus ostendat Papæ quid facere debeat, non tamen ostendit quid facere possit, quia potestas clavium est talis, ac tanta, ut non recipiat interpretationem restrictivam, ut formaliter inquit Bald. in d. c. *Nisi cum pridem, num. 14.* subdens hanc esse intentionem Innocentii notabilem, & veram. Quinimo secundum Holt. *hic num. 4.* & Joann. Andr. *d. num. 10.* nedum beatus Paulus, sed nec Petrus Apostolorum Princeps in talibus potuisset ipsum adstringere, etiam hoc expressisset: est enim Papa Succesor Petri, & Vicarius verbi Dei, ut legitur, & not. in cap. 2. 3. & 4. *supra de translat. nec ab homine potestate recepit, sed à Deo, c. Sacrosancta, 22. dist. Unde nec ipsum adstringunt ulla Concilia, cap. Significasti, de elect. nec aliqua Constitutio, seu regula Apostolica, cum non habeat imperium pat. in patem. cap. Immutat, eodem tit. Unde quidquid dicat glossa. sic docet S. Thom. 4. dist. 27. *quest. 3. art. 3.* & plenius *quodl. 4. art. 13.* ubi egregie hanc sententiam probat, & objectis respondet: & cum sequitur Archid. in d. cap. *Subdiaconus, 34. dist. & concludunt hic Innocent. Holt. Joann. Andr. Collect. & communiter Doctores, prout de communi testatur Joann. de Anan. num. 1. & Sylvest. in ver. Bigamia, num. 7.* Dicit tamen Florian. relatus à Joann. de Anan. *cod. num. 1.* hoc verum esse de potestate absoluta, non ordinaria: & est simile in cap. *Ex publico infra de convers. conjugat.* & est ex mente Holt. *hic n. 4.* aitenim: Licet Papa hoc possit facere, non tamen decet eum semper uti plenitudine potestatis, & sic potentia non congruit: & hæc congruentia, seu decentia considerata dicimus eum non posse. Simile in c. *Cum ad Monasterium, in fine infra, de statu Monach. & cap. Si Paulus, 32. q. 5.***

19. Ex factis **QUESTITUM** est. An Episcopus auctoritate ordinaria potuerit cum sibi subdito vero bigamo, qui successivis temporibus cum duabus nunc defunctis virginibus matrimonium legitime contraxerat, & consummaverat, dispensare, ut idem bigamus posset primam tonsuram, & beneficia simplicia suscipere, & Episcopus illa eidem conferre, prout contulit.

20. Secundo, quatenus non potuerit, an aliquas, & quas tam Episcopus, quam licet promotus incurrerit censuras, & penas.

22. Quoad primam questionem, ex autoribus, qui arbitrantur Episcopum posse dispensare ad minores Ordines adducitur Primò S. Raymundus relatus ab Archid. in cap. *Lector, 34. dist. qui* censet Episcopum propter necessitatem posse cum bigamo in minoribus Ordinibus dispensare. Secundo adducitur Albertus Magnus relatus à Turrecem. in d. cap. *Lector, post num. 6.* qui

ait episcopum posse dispensare ad minores Ordines. Tertiò adducitur D. Thom. in 4. dist. 27. *quest. 3. art. 3.* ibi, & ideo Papa potest in tali irregularitate totaliter dispensare, sed Episcopus quantum ad minores Ordines. Quarto adducitur Petrus de Paludo *eod. dist. 27. quest. 4. art. 1.* qui conclusione quarta tenet Episcopum posse absolute dispensare cum bigamo ad minores Ordines; ac si adit necessitas quando pauci inventumur ministri posse dispensare etiam in Subdiaconatu: & conclusione quinta tenet eadem contra se posse simplex beneficium. Quintò adducitur D. Fran. qui ut refert Turrecem. in d. c. *Lector, post num. 6.* ait Episcopum posse cum bigamo quoad minores Ordines dispensare. Sexto adducitur Joann. de Friburgo in *Summa Confess. lib. 3. art. 3. de bigam. quest. 12.* qui idem sentit, & alios in hanc sententiam citat. Septimò adducitur Aiten. in *Summa in 2. part. lib. 6. tit. 7. de Monogamia quest. 7.* qui attestatur de communi ibi. Utrum Episcopi possint cum bigamo dispensare? Respondetur quod sic, sicut communiter dicitur in minoribus. Octavo adducitur Turrecem, qui ubi supra aliis relatis late disserit de hac questione, & tenet idem quod Paludanus supra allegatus. Nondò adducitur Sylvest. in ver. *Bigamia, qui quest. 7.* ait sententiam D. Thomæ probari in d. cap. *Lector, ut Episcopus dispenser cum bigamo quantum ad hoc ut ministri in susceptis, & si fuerit necesse ascendat ad Subdiaconatum secundum illa tempora, quibus habebatur ordo non facer. Decimò adducitur Petrus de Soto de *instit. sacerdot. de Sacram. Matrim. sit. 18. post med. ibi: Potest ergo pontifex dispensare iusta de causa in utilitatem ecclesie, & inferioris etiam episcopi quantum de jure, vel consuetudine non est eis inhibendum: Unde in minoribus tantum dispensant, At si sine causa fiat nec dispensatus, nec dispensans est tutus in conscientia. Uicimò adducitur Dominicus de Soto d. dist. 27. *quest. 3. art. 3. conclus. 2. ibi: Licet ad suscipiendos sacros Ordines majores solus Papa cum bigamo dispensare valeat; tamen ad suscipiendos minores Episcopus id prestare valet, subdens Episcopus modo non dispensant in Subdiaconatu, eo quod modo habeat annexum votum castitatis, & hanc dicit rationem quare in minoribus Episcopus dispenser, & non in majoribus, per quos ardè adeò ordinandus ecclesie unitur, & copulatur.***

22. Et pro hac Theologorum sententia, quod eorum scriptis colligi potest, & præcipue ex Paludano, Turrecem. Soto, & Sylvest. ubi supra infra scripta potissimum afferuntur.

23. Primo text. in d. cap. *Lector, ubi Martinus Papa sic ait: (Lector si viduam alterius uxorem acceperit, in Lectoratu permaneat, aut si forte necesse sit, Subdiaconus fiat, nihil autem supra.) Similiter, & si bigamus fuerit. Qui text. ut inquit ibi Turrecem. cum non possit referri ad potestatem Papæ, sequitur ut referatur ad potestatem Episcoporum, & sic dicto Canone eis conceditur, ut cum talibus dispenserent.*

24. Secundo assertur text. in cap. 1. *de sil. Presby. in 6.* ubi cum illegitimis facile dispensant Episcopi ad minores Ordines. Ergo idem dicendum cum Bigamis, cum utraque irregularitas sit ex defectu,

Tertiò

25. Tertiò assertur in argumentum c. 1. *Qui Cler. vel vovet.* ubi etiam cum Diacono, qui matrimonium contraxerat, dispensat Episcopus.

26. Quarto assertur text. in cap. *Virginiem, cap. si qui sacro, il secundo, cap. Si qui virgo, 27. quest. 1.* ubi permittitur Episcopo, ut cum Monialibus, & Monachis, qui nubendo bigamiam contraxerunt, misericordiam faciant, & cum eisdem dispenserent.

27. Et ad contrarium quod posset deduci ex prohibitione Pauli in *ep. stala ad Titum, ibi: Oportet Episcopum esse antea uxoris virum.* Respondent solum loqui de Presbytero, & Diacono, non autem de inferioribus ordinibus, & generaliter esse jus positivum. Et eodem modo responderi potest ad alia jura prohibentia ne Bigami ordinentur. Ad prohibitionem autem cap. 1. *de Bigam. in 6.* respondet, & maxime Soto post Sylvest. ubi supra d. cap. Non prohiberi cum talibus dispensari. Unde ille Canon solum procedit contra Bigamos, qui sine dispensatione in habitu clericali incedunt.

28. Ex Canonistis eandem sententiam secutus est Holtien. *hic & in Summ. de Bigam. in fin. ibi: Episcopi verò dispensare possunt cum bigamis usque ad minores ordines, c. Quicumque, il secundo, 50. dist. & adducit rationem. Quia tales non sunt ministri, nec Rectores, nec habent officium prædicandi. Unde de divisione non est timendum cum talibus, de consecr. dist. 2. c. Tribus. Secundum in eadem sententiam à Joann. de Friburgo. *loc. cit.* assertur Innoc. *hic, & in cap. Nuper, in eod.* qui tamen hoc non dicit, imò in cap. *Super eo, apertè sentit contrarium, ut inferius dicitur. Tertiò allegatur Rota in novis dec. 447. quæ modo est prima sub tit. de Bigam. num. 1. in fin. cujus hæc sunt verba: Quoad minores Ordines secundum aliquos etiam Episcopi possunt dispensare cum vero bigamo. Verum dicta decisio dum postea concludit, hoc aliorum dictum non sequitur, imò potius rejicit. Nec additio, seu annotatio, quæ ponitur in fine dictorum decisionum sub tit. de Bigam. id affirmat, imò & ipsa potius insinuat contrarium, dum inquit Pontificem non solere cum talibus dispensare, ut possint ordinari; licet indulgeat, ut possint gaudere privilegio Clericorum, non obstante bigamia; subdens: credere etiam id Ordinarios facere posse. Alios Canonistas non legi, qui id afferant, licet in genere dicantur aliqui Doctores id tenere *hic, & cap. 1. eodem tit. in 6.* Tantum pro hac parte videtur posse induci glossa *supra* in d. cap. 2. *in princ. & dicit cap. Quicumque, dist. 50.* dum signat eos de quibus in textu posse accipere minores Ordines. Cujus sententiæ fuit etiam Gratianus, qui ut patet in §. *Sed postea, ante cap. Si Subdiaconus, dist. 34.* assertit Papam Martium concessendo temporum defectum concessisse bigamos posse constitui in minoribus Ordinibus, & §. *seq. subdit: Item concessum ut subsistente necessitate possent usque ad Subdiaconatum promoveri. Et hoc est quod scripserunt Palud. & Turrecem ubi supra, bigamo non fuisse necessariam dispensationem Episcopi, nisi pro accipiendo Subdiaconatu.***

29. Negativam tenet gloss. in d. c. *Lector, dist. 34.* nam ibi agitur de minoribus Ordinibus: tunc enim Subdiaconatus non erat de majoribus, & Prosp. Fagn. in 2. part. primi Decretal.

tamen gloss. intelligit illum textum loqui non de Episcopo, sed de Summo Pontifice, in nuens secus esse de Episcopo; & in d. cap. *Virginiem* absolute dicit Episcopum non dispensare in bigamia. Innoc. item hic idem sentit ibi. (Nota quòd non licet dispensare cum bigamo, quòd fateor in Episcopo, Papa autem potest illique ad Subdiaconatum 34. dist. cap. *Lector.*) Et Episcopum non posse cum bigamo, nec in minoribus Ordinibus dispensare contra Holt. tenent hic expressè Joann. Andr. Anchar. Cardin. & Abb. Idem tenet Franciscus Glossator, quem refert Joann. Andr. in cap. 1. *in gloss. 2. de Bigam. in 6.* Idem etiam ibi affirmant Gemin. *post num. 5.* & An. *har. ibi, num. 6.* & Franc. *num. 4.* et presb. tenentes Episcopum non dispensare cum bigamo, nec quoad minores Ordines. Item in dicto cap. *Lector.* Idem Gemin. attestatur hanc esse communem, sicut & de communi attestatur ibidem Præpos. qui prolixè tractat hanc questionem, & multis hanc sententiam, quam dicit communem tuetur argumentis. De communi etiam testatur Joann. Montagne de *bigam. quest. ult. post num. 13. vers. Secunda autem pars, ubi præter alios ad idem citat Simol. & Albertic. de Rofate, & eam comprobatur, & respondet ad contraria. Eidem sententiæ adheret Tabien. *vers. Bigamia, quest. 7.* Angel. *ibi, num. 8.* Navarr. *cap. 27. num. 197. vers. Sexto dico.* Covarr. qui eidem dicit communem in *Clem. 1. de homicid. part. 1. §. 2. num. 4.* & Maiol. *de irregular. lib. 1. cap. 33. num. 1.* qui ad corroboracionem hujus sententiæ potest adduci posse Concilium Trident. *sess. 23. cap. 17. in fin.* Adducitur item ab iisdem Autoribus Rota citata *decis. 447.**

30. Porro hanc Theologorum, & Canonistarum dissolutionem Gomef. de *Brevib. num. 20.* puta sic posse conciliari, videlicet, ut optimo Canonistarum procedat regulariter cum decreto Gregorii X. in generali Concilio Lugdunen. edito, ac relato in d. c. *de bigam. in 6.* Bigami nedum declarentur omni clericali privilegio nudati, sed amplius sub pena anathematis prohibentur tonsuram, vel habitum clericalem deponere. Theologorum autem sententia admittitur tantum in illis casibus, in quibus subest legitima, & evidens causa, quia tali casu potest Episcopus contra Concilium dispensare? ex Roman. *conf. 427. col. penult. & conf. 3. §. in 4. col. & esset sufficiens causa litteratura, & nobilitas, licet ut suis temporibus major Penitentiarius dispensavit cum Fabio Mignaretello Advocato Consiliali ad primam tonsuram, & hanc limitationem Gomefii admittit Covarr. *loc. cit.* quando causa dispensandi esset gravis, vel maxima.*

Ceterum non videtur recedendum a sententia Canonistarum, quia potioribus rationibus, & auctoritatibus fulciunt, præsertim in Suisi, & Gelasii Papæ, Conciliorum Nicæni, Lugdunen. Arelatensis, & aliorum Canonum, de quibus infra, ut claritè patebit ex responsionibus ad argumenta Theologorum.

Ad primum igitur, & præcipuum eorum fundamentum sumptum ex cap. *Lector, dist. 32.* responderetur declarari quidem illic bigamos contra Apostoli, & Conciliorum statuta sperare posse, ut eis concedatur exercitium, seu alium priorum minorum Ordinum, & in necessitate etiam

Hh 2 Subd.

Subdiaconatus, sed non decerni per quem debeat dicta dispensatio, seu gratia eis concedi, neque enim tribuitur eis, quibus antea non erat permissa hæc potestas, ut in simili respondet Pontifex in cap. *Ex multa, in fine de voto*. Cum igitur ante Papam Martinum hæc dispensatio tamquam contraria Generalis Concilii præcepto, contra quod Episcopus non permittitur dispensare, ut habetur in extravag. *Vnicuique* Joan. XXII. §. *Quidam autem de relig. domib.* gloss. in c. *Cum dilectum in ver. in arate, de elect.* eis non competeret, & ex eo etiam eis non permitteretur, quod esset contra Apostoli præceptum, in quo inferior à Papa non dispensat, ut hic patet, & dictum est supra in ult. notab. n. utique, nec per illud Papæ Martini rescriptum dictis Episcopis potest dici data facultas dispensandi, sed potius Papæ referata, ut in hunc Sircius Papa in d. c. *Quicumque patienti, eadem dist. 50.*

Adde præterea videri aliò respexisse Papam Martinum, quam ut Episcopis dictam prohibitionem relaxaret. Nam cum (ut patet ex D. Thoma ubi supra, & omnibus aliis Doctoribus, maxime in hac Decretali, controversum esset an Papa posset bigamum ordinare, adeo, ut quidam dixerent, si ordinasset non magis ita ordinatus characterem recepisset, quam alius, ut dictum est supra in 1. notab. in fine. Papa Martinus dicto suo rescripto declaravit iure ordinatio Pontificio bigamos posse admitti ad Ordines minores, & ex necessitate etiam ad Subdiaconatum, & hoc absque eo quod præcepto Apostoli contraveniretur, cum illud de Presbyteris, & Diaconis intelligeretur, ut hic notat gloss. in *in fine*.

Nec obstat si quis retorqueat argumentum hoc modo: Si Apostolus non prohibuit bigam s Ordines non sacros: ergo ad illos etiam sine dispensatione ad Episcopos possunt admitti: nam respondetur prohibitioni Apostoli ex Concilio Nicæno additum fuisse, ne omnino in Clericales admittentur, ut expressè habetur in cap. *Cognoscimus, ead. dist. 34.* ibi: (Cognoscimus non solum de Episcopo, & Presbytero Apostolum statuisse, sed etiam Patres in Concilio Nicæno tractatu addidisse, neque Clericum quemquam debere esse, qui secunda conjugia sortitus sit.) Adfunt etiam alii Canones Conciliares idem prohibentes, ut habetur in cap. *Si quis dicta, dist. 34.* ubi ponitur verbum *non potest*, quo prohibetur inferiori dispensatio, etiam si non esset Conciliaris. Idem etiam habetur in cap. *leg.*

Ex quibus patet ex d. cap. *Leitor*, non probari efficaciter relaxatam esse potestatem Episcopis dispensandi cum Bigamis usque ad Subdiaconatum. Præterea est Papa Martinus id concessisset, tamen postea id prohibitum legitur hic in c. *Nuper, & c. in infra eod.* & clarius ex decreto textus nostri, de quo in d. c. *1. de Bigam. in 6.* quo bigamis sub excommunicationis poena prohibetur ne habitum clericalem deferant, spolianturque omni privilegio clericali, & tanquam merè laici decernuntur iudicibus secularibus subesse.

Quibus instantibus quomodo poterit Episcopus laicos bigamos inter clericos assumere? arg. cap. *Quemadmodum, de iur. etur.* gloss. in c. *Cum v-*

inibus, & 1. dist. cum id facere non possit, nisi simul eidem contra dictum conciliare statutum concedat, ut verbis clericalibus utantur, & privilegio Clericorum gaudeant.

Ex quibus tollitur responsio, quam Sylveſt. Soto, & alii dant ad d. c. 1. Conciliare, videlicet quòd Episcopus poterit dispensare, cum dispensatio d. cap. Non prohibetur: nam eo ipso, quòd dispensatio non conceditur, censetur prohibita d. extravag. *unicuique, de relig. domib.* Eorum autem responsio fortè procederet, si alius Canonibus reperiretur in genere concessum, ut posset contra d. c. primum dispensari. Felin. in cap. *Nonnulli, num. 3. de rescript.* Covarr. in c. *Alma mater, part. 1. §. 7. num. 2. de sent. excommunicat. in 6.*

Tollitur item ex prædictis ratio Paludani, & Gratiani ubi supra, & Turrecrem. in d. cap. *Leitor, num. 8.* atque aliorum putantium Martinum relaxasse Bigamis impedimentum irregularitatis usque ad Subdiaconatum exelusive absolute, & quo ad Subdiaconum cum licentia Episcopi subsistente necessitate: nam etiam Martinus id fecisset, tamen ejus concessio virtualiter, imò tam per Concilium Lugdunense d. cap. 1. fuisse sublata cum prohibitione poenali, de qua in eod. cap. quam per hanc decretalem, c. *Nuper, & cap. in infra eod.*

Aliæ item rationes, quibus innititur contraria sententia, non subsistunt, arguunt enim; Sicut Episcopis licet in aliis irregularitatibus ab eodem Apostolo inductis dispensare, ut patet de adulteriis, & de aliis inferioribus delictis in cap. *At si Clerici, §. De adulteriis, de iudic.* ita etiam debet idem ipsis licere in hac, qua sine delicto est, sed ad hoc respondent Doctores, & in specie Joann. Montagne, ubi supra, num. 18. & 19. Ideo in dictis delictis Episcopus dispensare, quia in illis dispensationem iura concesserunt. Secus in hoc defectu, in quo tale quid concessum non legitur, imò potius expressè prohibuitur hic in cap. *Nuper, & cap. in infra eod.* Et quia facilis in delictis dispensatur, quæ poenitentia delentur, quam in defectibus, qui nec poenitentia, nec Baptismo tolluntur, sed & postea durant, cap. *Actus, & cap. seq. 26. dist. 2.* cum simili, DD. in dict. §. *De adulteriis.*

Ad aliud simile, quòd secundo loco adducunt ex cap. 1. *de fl. Presbyter. in 6.* respondetur eodem modo quo supra, & adducitur etiam ratio diverſitatis: nam ideo filii illegitimis prohibetur, ne inter Clericos assumantur, quia timeatur ne sint imitatoris patenæ incontinentiæ, & ita eorum irregularitas reducitur ad materiam irregularitatis procedentis à præsumpto incontinentiæ delicto; quæ præsumptio potest cessare, & ex laudabili eorumdem vite inſtituto. Secus est in bigamia, quæ est inducta ob defectum illum, quia propter carnis divisionem nunquam potest representare unitatem Christi cum Ecclesia ubi copulata, cap. *Debitum, infra eod. cum concordant.*

Et eodem modo respondetur ad tertium argumentum delumptum ex cap. 1. *Qui Cleric. vel voventes:* ubi enim non agitur de irregularitate ex defectu, sed ex delicto illius Diaconi, qui de facto contraxit matrimonium. Et ideo gloss. ibi

ibi in ver. *Dispensatvè.* Opponens d. c. *Imper. infra eod.* solvit contrarium, quia ibi agebatur de illo, qui in seculari habitu unam habuit de iure uxorem, & in sacro contraxit cum alia, & ideo cum illo tanquam cum bigamo non potest dispensari per Episcopum, Constituit ergo gloss. manifestam differentiam quoad facultatem dispensandi inter bigamum, & eum qui in sacris cum una tantum de facto matrimonium contraxit.

Ad quartum argumentum, quòd defumebatur ex c. *Virginem, c. Si quis sacro, & secundo, & cap. Si quis virgo, 27. quæst. 1.* respondetur post gloss. in d. c. *Virginem*, ubi agi de absolute ab excommunicatione non autem de dispensatione irregularitatis, ut in Præpos. in d. cap. *Leitor, & gloss. in d. c. Virginem.*

Ratio item differentie quam adducit Soto, ubi supr. videlicet quòd Episcopus dispensat cum bigamo in minoribus, & non in Ordinibus sacris propter votum solemne, quòd eis est annexum, nihil concludit. Unde D. Thom. in 4. dist. 27. *quæst. in fine.* dum ait Pontificem totaliter, Episcopos vero quoad minores ordines tantum posse dispensare, nullam hujus differentie rationem assignat, prout nec assignare poterat, cum defectus Sacramenti prædictæ significationis unitatis carnis æque militet in omnibus ordinibus qui non plura, sed unum tantum sunt Sacramentum, ex eod. Soto dist. 24. *quæst. 1. art. 3. col. penult.* ibi: *Omnes ordines non plura, sed unum tantum sunt Sacramentum: & sacris colligitur ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 2. & 3. iuncto Canone secundo de Sacramento Ordinis.* Ex quibus patet omnes gradus hujus Sacramenti Ordinis sive sint majores, sive minores debere dictam unitatem carnis repræsentare. Nec tamen hoc negamus, quin sit major ratio dispensandi cum bigamis ad minores, quam ad majores; sed hoc solum adstruimus dictum defectum divisionis carnis pariformiter advertari omnibus hujus Sacramenti Ordinis partibus, cum ex omnibus unum, & non plura solvet Sacramentum.

Ad rationem quam hic refert Hostien. quòd divisio carnis parum sit evitanda quoad constitutos in minoribus Ordinibus, qui nec iunt Rectores, nec ministri Sacramenti, nec habent officium prædicandi, respondetur per hanc rationem nulli illud incommodum, quòd patiuntur Bigami, quòd non tam liberè aliis possint continentiam persuadere; sed non tollitur aliud incommodum, quòd est principale, videlicet defectus representationis unitatis carnis. Unde cessante uno impedimento, remanet aliud, §. *Affinitatis, in fl. de nupr.* & ad cap. *Quicumque, dist. 50.* respondetur imò ex d. cap. inferri dispensationem cum bigamis Pontifici reservatam, dum ipse quoad præterita relaxat eandem, & hoc limitatur citra ascensum. Ex quibus videtur concludendum Canonistarum sententiam vevriorem esse.

Distinctio autem Comelli videtur tunc demùm admitti posse, quando causa cum talibus dispensandi esset necessaria, & concerneret utilitatem Ecclesie; ut puta quia non adesset alii Clerici, qui possent Ecclesie deservire, arg. d. c. *Leitores*, & eorum quæ retulimus supra ex Petro, & Soto, nec posset haberi recursus ad Pontificem.

Prosp. Fagn. in 2. part. primi Decretal.

Ceterum verius videtur nullatenus esse admittendam Comelli distinctionem ex duobus fundamentis. Primum est, quia cum Episcopus contra Canones conciliares dispensandi facultatem non habeat, ut superius deducum est, ineptum videtur limitare hanc regulam, ut non procedat quando dispensatur ob Ecclesie utilitatem, vel necessitatem, quandoquidem nulla dispensatio absque hujusmodi causa est concedenda, d. c. *Præteritatum, & c. Leitor, 34. dist. c. Priscus, §. 5. dist.* alioquin non dicitur dispensatio, sed dilapatio, ut inquit Richard. in 4. dist. 38. *quæst. 1. in fine.* imò nec Papa super bigamia dispensat absque magna, & evidenti causa. Felin. qui plura cumulat in cap. *Quis in Ecclesiam, num. 28. & seq. de consue.* Unde si admitteremus Episcopum posse ex causa dispensare, consequens esset, ut absolute illi competeret dispensandi facultas, cum sine ulla, & rationabili causa dispensare nemini liceat: & eo magis quòd decreta Conciliaria, & sacri Canones non solum repellunt bigamos à susceptione, & ministerio Ordinum; quinimò dea delatione tonsuræ, & habitus Clericis sub poena anathematis, & sed etiam interdicit, nequis illorum ministerio uti possit, ut patet in specie ex c. *Non confidat, 50. dist.* ubi Gelasius Papa: (Non confidat, inquit, quisquam Pontificum bigamos divinis servitibus applicare ministeriis.) & ex Concilio Arelatensi relato in c. *Nihil, §. 5. dist.* (Nullus bigamum in prædictis honoribus audeat ordinare.) & ex aliis superius relatis, cum præsertim videamus in privilegiis, quæ conceduntur in materia dispensandi etiam regularibus cum suis professis semper absolute excludi facultatem super bigamie defectu. Conferretur in cap. *Inferior sedes, 2. dist. & cap. Cuius inferior, de major. ex. med.*

Secundum fundamentum deducitur ex Concilio Tridentino d. cap. 17. *sess. 23.* ubi videtur efficaciter refelli Comelli conciliatio: nam ibi in primo, iuncto vers. *Quod si ministerii.* Primò constituitur regula, ut ordinum ministeria non nisi per cælibes constitutos in dictis ordinibus exerceantur. Deinde subnectitur limitatio his verbis: (Quod si ministeris quatuor minorum Ordinum exercendis clerici cælibes prælo non erunt, suffici possunt etiam conjugati vite probata.) Itaque Concilium non permittit in hac limitatione, ut clerici conjugati ministerii in minoribus Ordinibus, nisi in casu necessitatis, id est, si clerici cælibes prælo non erunt, Demùm hanc limitationem, quòd scilicet non nisi in casu necessitatis, id est, cum deficiunt cælibes, suffici possint clerici conjugati, sublimitat Concilium per illa verba, dummodo non bigami. Patet igitur aperte ex eo decreto clericos bigamos ab Episcopis suffici non posse in ministerio Ordinum, etiam si necessitas posset ed quòd clerici cælibes deficiant; quòd pugnat ex diametro cum distinctione Comelli.

Neque obstat si dicas Concilium ibi statueri in eo tantum casu, in quo deficiunt Clerici cælibes, & extant Clerici conjugati; tunc enim permittit, ut in illorum locum subrogari possint conjugati, dummodo non bigami, sed nihil dispone in casu, in quo etiam Clerici conjugati deficiunt; ideoque tunc admitti posse propoſi-

tam distinctionem, cum casus videatur a Concilio omittitur, & Clericis etiam conjugatis deficientibus sic precise necessarius. Responderunt enim imò Concilium nullo casu voluisse, ut contra Canonum, & Generalium Conciliorum instituta bigami adhererent. Nam quemadmodum disposuit, ut cum Clerici cœlibes prælo non sunt, suffici possint Clerici conjugati non bigami, ita verisimiliter statuerit, ut deficientibus etiam conjugatis in eorum locum bigami subrogari possent. Quod cum non fecerit, sed simpliciter absque distinctione voluerit, ut conjugati suffici possent, dummodo non essent bigami: confendum est noluisse, cap. 2. vers. Unde si circa translationem, de translatione Episcopi, & cap. ad audientiam, de Decim. supra eodem.

Similiter quamvis Henricus, in cap. 1. quem refert Covarr. in Clem. 1. de homicid. part. 1. §. 2. num. 4. in fine. distinguit inter illum, qui bigamiam contraxit dum esset secularis, & cum hoc dispenset Episcopus, & hanc distinctionem etiam non probabilem, dubiam tamen dicat idem Covarr. tamen neque hæc distinctio videtur recipienda, tum quia non sufficit ad evacuandum ea, quæ pro negativa fuerunt adducta; tum quia Auctores pro affirmativa fundant se super d. cap. Lector, qui Canon loquitur de illis, qui post Clericatum transierunt ad bigamiam; tum quia nullo iure prohibentur Clerici in minoribus constituti, quæ a merè laici unam, & plures successivè ducere uxores. Unde bigamiæ defectus non debet tum magis, quam alteri imputari; maxime quia impedimentum bigamiæ non ex Apostalia, vel alio deducitur peccato, sed a solo defectu prædictæ significationis. Unde impertinens est ad materiam nostram distingueri an bigamia sit contracta a laico, vel clerico; & nullam esse differentiam inter bigamiam contractam in statu laicali, vel clericali satis clarè patet ex cap. Si quis uxorem, cum duobus seqq. d. distim. 34. Unde periculosum est ei adherere.

42. Quoad secundam partem primæ questionis breviter ex supradictis inferitur, ut Episcopus non poterit cum prædicto bigamo ad beneficia simplicia dispensare, ex quo nec ei ritè potuit per unam consuram conferre, sine qua minime capax beneficiorum existit, ad notata per Rebuff. in pract. tit. de dimissionis, num. 21. & 22.

43. cum antecedentibus. Ratio est, quia etiam recipit characterem, non tamen recipit executionem ex D. Thoma loco citato, & aliis Doctoribus hic, & alibi sæpè. Unde nec est capax beneficiorum quod datur propter officium, cap. fin. de offic. Vicar. in 6. & successivè sic provilus tenetur illum dimittere, arg. c. 1. de reg. jur. in 6. cum simit.

44. Ad secundam questionem in ordinantis non videtur repetiri aliqua poena ipso iure imposita, sed solum imponenda, ut hic. Et quamvis in cap. Nullus poenitentem, distim. 55. videatur imponi poena suspensionis à celebratione per annum, tamen ex quo antequam incurratur, requiritur factum iudicis, coram quo delictum, seu transgressio probetur, ut patet ex text. ibi; Ab ea die qua poterit ei hoc approbari, forte illa poena non est dicenda Canonice sententia, sed ferenda secundum Abbat. in cap. Si diligenti, num. 19. de foro compet. qui post

Hugon. & Archid. notat esse penam ferendam sententia, de quo tamen dicitur supra in secundo notabili. Præterea in casu proposito Episcopus esset à poena imponenda excusandus ex eo quod Canones non puniunt simpliciter ordinantem bigamum, sed præsumptem ordinare, ut patet in d. cap. 2. distim. 55. à qua cum quolibet causa excuset Cardin. in Clem. 1. quæst. 38. de privil. utique multò magis excusabitur Episcopus hoc casu, in quo adfunt tot auctoritates sibi faventes, & articulum valde dubium, & intricatum reddentes, ex Bellam. decis. 755. Navarr. in cap. Nullam, 19. quæst. 2. num. 32. ubi in specie Præpos. Quando, inquit, de aliquo articulo sunt duæ opiniones, quæ uni adheret, alteri non dicitur ex contemptu contravenire, ut poenam incurrat. At vero respectu Clerici, ut præfertur, ordinati, aliud dicendum videtur; siquidem tamquam non legitime promotus venit privandus dicto beneficio, quod de facto obtinuit, in habendumque illi esse nec se pro Clerico, arg. cap. si quis viduam, distim. 50. Joan. Montagne d. tract. de bigam. quæst. 5. in secundo effectu, num. 8. sed observatur in d. cap. 1. de bigam. in 6.

Porro cum hic casus olim contigisset, etiam Congregatio Concilii ob prædictas rationes inclinaret, excusari posse Episcopum qui primam consuram, & beneficium simplex suo subditio vero bigamo ordinaria auctoritate contulerat; nihilominus Sixtus V. in Consistorio respondit significandum Episcopo ipsum esse suspensum a collatione Ordinum. Item promotum incidisse in poenas superius propolitas. Ait tamen se benigne acturum cum utroque, ubi absolutionem, & dispensationem peterent.

DE BIGAMIS

Cap. Nuper à nobis.

S Y M M A R I U M.

- 1 Viduam, qui cum vidua contraxit, & eam cognovit, bigamiæ poenam incurrit, licet bigamus non sit.
- 2 Bigamiæ quot sint species.
- 3 Bigamia vera quæ sit.
- 4 Bigamus unde dicitur.
- 5 Bigamia interpretativa quæ dicatur. & num. 12. & seqq.
- 6 Et quæ similitudinaria.
- 7 Bigamia irregularitatem an incurrat Clericus in sacris, vel professus contrahens cum unica, & virgine. Ibidem, & num. seqq.
- 8 Similitudo, & effectus facit ut qui dicitur de numero eorum, de quorum numero non est.
- 9 Bigamia poenam non incurrit Subdiaconus contrahens cum vidua, nisi illa sit corrupta.
- 10 Intellectus cap. 1. Qui Cler. vel voven.
- 11 Dispensare potest Episcopus cum Clerico in sacris, qui de facto contraxit cum unica, & virgine.
- 12 Votum solemnizatur per suspensionem Subdiaconatus.
- 13 Bigamia vera an incurratur ex matrimonio cum vidua

vidua legitime contracto, & consummato, & num. seqq.

- 13 Bigamia cur inducat irregularitatem.
- 14 Dispensare non potest Episcopus, sed solus Papa cum Subdiacono, qui de facto contraxit cum vidua.
- 15 Et an hoc procedat tam in officio, quam in beneficio.
- 16 Et quid si contraxerit ignoranter.
- 17 Bigamia etiam interpretativa per solemnem professionem non aboletur.
- 18 Opinio quandoq; magis attenditur, quam veritas.
- 19 Clericus qui cum vidua de facto matrimonium contraxit, & eam cognovit, an privilegio clericali gaudere debeat, & num. seq. usque ad num. 29.
- 20 Quid in Clerico minorum ordinum, num. 21. Et quid in constituto in sacris, num. 28.
- 21 Intellectus cap. unicus de bigam. lib. 6. & num. seqq. usque ad num. 29.
- 22 Bigamia interpretativa est in duplici differentiâ.
- 23 Bigami ex matrimonio valide contracto, & consummato cum vidua, vel corrupta omni privilegio clericali nudati sunt, & sub poena anathematis interdicti habitum, & consuram clericalem deserere.
- 24 Bigami, & viduarum mariti per omnia æquiparantur.
- 25 Voluntas non habetur pro facto quando actus non tenet ex impedimento iuris.
- 26 Bigamiam contrahens ex eo quod reddat debitum uxori adultera, clericale privilegium non perdit.
- 27 Nec qui contraxit plura matrimonia de facto.
- 28 Subdiaconus à Summo Pontifice dispensatus ad matrimonium contrahendum, qui postea cum vidua contraxit, & consummavit, an sibi privilegio gaudet, & num. seq. usq. in fin.
- 29 Ordo sacer non opponitur matrimonio essentialiter.
- 30 Dispensare potest Ecclesia super voto continentie solemnizato per suspensionem sacri ordinis.
- 31 Graci legem continentie non susceperunt, & num. 37.
- 32 Subdiaconus licet habere uxores usq; ad tempora Gregorii I. nec antea Subdiaconatus ordo inter sacros computabatur.
- 33 Subdiaconus gaudet privilegio fori, etiam si habitum, & consuram non deserat.
- 34 Militiæ Calatrava, & Alcantara, licet uxorati, gaudent fori privilegio.
- 35 Fori privilegium concessum est clerico propter characterem anima indelebiter impressum.
- 36 Consuetudo Anglorum, qua clerici conjugati etiam in sacris constituti conveniunt coram iudice seculari, improbat.
- 37 Regularis, qui ex dispensatione Apostolica matrimonium contraxit, est persona Ecclesiastica, & gaudet fori privilegio.
- 38 Bigami omni privilegio clericali nudati sunt, si sint in minoribus tantum ordinibus constituti; Secus si in sacris.
- 39 Bigamia irregularitatem an incurrat clericus minorum ordinum, vel laicus contrahens invalidè matrimonium cum vidua, vel corrupta, & n. seq. usq. in fin.
- 40 Voluntas in malis factis spectatur, non exitus.
- 41 Ratio generalis expressa in lege ampliat dispositionem specialem etiam in penalibus, & exorbitantibus à iure communi.

Et quæ sunt ejusdem rationis includuntur sub dispositione ex significatione tanquam expressa proprie, non tacite, & n. 41.

Bigamia poenam incurrit clericus minorum ordinum, vel laicus, qui secundam uxorem accepit de facto propter quodcumque impedimentum dirimens.

Bigamia poenam inducit matrimonium invalidè contractum in omnibus casibus, in quibus contractum valide induceret bigamiam.

NUPER A NOBIS. Subdiaconus qui cum vidua contraxit, & eam cognovit, bigamiæ poenam incurrit, licet bigamus non sit. Hoc dicit, & primò ponit questionem. Secundo solutionem ibi præstat.

Ad intelligentiam textus præmitto tres esse species bigamiæ. Alia enim est vera, alia interpretativa, alia similitudinaria, ut notat Specul. in tit. de dispensat. §. iuxta num. 16. Cujus divisionem Navarr. in Manual. cap. 27. num. 195. & postea Moderni ferè omnes sequuti sunt. Licet duo tantum membra, videlicet bigamiam veram, & interpretativam constituit gloss. in cap. Super eo, in ver. In bigamia, & ibi etiam Bur. num. 6. supra eod. Host. in Summ. d. tit. §. Quot sint species, Joan. Andr. in gloss. ordin. in c. unico, in ver. Bigamus, rot. tit. lib. 6. Rota decis. 447. alid. 1. de bigam. in novis, & alii complures apud Joan. Montagne de bigam. q. 4. inter tract. communes tom. 14. pag. 108 qui bimembrem glossæ divisionem amplectitur, uti veriorum, & magis communem, & pluribus conatur probare tertiam speciem similitudinariæ esse supervacuum.

Bigamia vera est, cum quis diversis temporibus successivè habuit, & cognovit duas legitimas uxores etiam prius non corruptas, quamvis utramque, vel alteram habuerit ante Baptismum. Jura sunt clara in cap. Acutum, & in cap. Deinde, 26. dist. & in hoc conveniunt omnes: nam stricte, & proprie, & juxta allusionem vocabuli dicitur bigamus, id est, bina uxoris maritus, sicut monogamus, qui habuit unam tantum, c. Vnus, 26. dist. Et sic dicitur trigamum, & octogamum, cap. Aperiant, 31. quæst. 1. ut declarat Joan. Andr. in d. cap. Super eo, num. 8. Bigamia interpretativa est illius, qui fingitur, seu interpretatur duas uxores habuisse, veluti cum contrahit cum unica, & vidua prius cognita, vel cum corrupta ab alio, & eam cognoscit, c. Martium, 33. dist. cap. Si quis viduam, 34. dist. cap. De bigamis, & cap. Debitum, supra eod. etiam si creditur eam virginem, cap. Nemo, 32. dist. cap. Illa, 32. quæst. 5. secundum Joan. Andr. loco citato, Hostien. in Summa hœretic. quæst. 7. Decian. in tract. crimin. part. 1. lib. 4. cap. 9. num. 135. in fin. quamvis enim talis juxta propriam verbi significationem non sit verè bigamus; tamen quia per carnalem copulam vir, & uxor efficiuntur una caro, & eadem persona reputantur, cap. Martinus, de cognat. spirit. cap. Sessitatus, & cap. Si quis ex uno, 30. quæst. 4. ex eo quod mulier carnem suam dividit in plures, censetur & vir hoc fecisse, ideoque interpretative bigamus reputatur, cap. Quinquis, 84. distim. cap. Si quis viduam, H h 4 duam.

quam; il secundo, 34. distin. & in Auth. de Sanctiss. Episcop. §. Clerico autem, collat. 9. Et ita sentit glossa præalleg. in d. cap. Super eo, in ver. In bigamus, supra eod. dicens veram bigamiam contrahi uno tantum casu, videlicet cum quis successively habuit uxores duas, reliquos verò dicit interpretativè bigamos reputari, quantum ad legem promotionis, & inter hos recentet contrahentes cum vidua, vel corrupta. Et cum illa glossa transeunt ibi Joan. Andr. Burr. & communiter Doctores, Joan. Montagne. & Navarr. loca citatis: Licet Rota in præalleg. decis. 1. de bigamo, in nov. dicat maritum viduæ, vel corruptæ esse verè bigamum; & hac opinio videtur de jure verior, ut plenè dicam infra in 2. notab. Similiter dicitur bigamus interpretativè, qui contraxit cum duabus de factò, aut cum una de jure, cum alia de factò simul, aut diversis temporibus, & ambas carnaliter cognovit. Item qui de factò contraxit, & consummavit cum vidua, vel corrupta, ut in c. Super, supra eod. Rursus dicitur interpretativè bigamus, qui contraxit cum virgine, eique debuit reddidit post adu teritum ab ea commissum, c. Si casus, 34. dist. & dicam infra in 14. Licet reddiderit ad præceptum Ecclesie secundum communem opinionem, de qua testatur Aufer. ad Capell. Thol. decis. 244. etiam ignoranter id fecerit, ut in d. cap. Si casus, tenet glossa, Hugo, Laurent. Raymun. & Host. in Summa hujus tit. §. Item ponit, quos sequitur Joan. Andr. in d. cap. Super eo, num. 8. quia non agitur hic de vitio ordinandi, sed de defectu Sacramenti, quem etiam ignorans potest pati. Unde ut festivè dicebat Host. in præalleg. Decretali, Super eo, cum restante Ovidio, Casta sit, quam nemo rogavit; non est sine periculo promovete conjugatum. & remittit ad Summam eod. tit. §. 1. 2. & 3. Bigamia similitudinaria dicitur cum quis sacro ordine insignitus, vel solemniter professus cum unica, & virgine matrimonium contrahit de factò: & eam cognoscit, ad quod allegatur textus in cap. Quotquot, 27. quæst. 1. In hac tamen tertia specie Doctores non conveniunt: nam quidam putant tales incurrere irregularitatem bigamiam, licet bigami non sint, quia textus præallegatus dicit: Quotquot virginitatem pollicitam prævaricari sunt professione contempta, inter bigamos, id est, inter eos, qui ad secundas nuptias transierunt haberi debent, ubi glossa 2. ex eo textu colligit propter similitudinem, & effectum quem dicit de numero eorum, de quorum numero non est, cap. ult. 27. distin. & ex illa glossa videntur Doctores simpliciter denominationem similitudinaria: cum enim per sacri ordinis suspensionem, vel votum solemnè religionis quis contraxerit spirituale conjugium cum Christo, postea contrahendo carnale matrimonium, licet de factò, propter affectum contrahendi cum opere subsequuto censetur quodammodo divisus; & ideo penam bigamie incurrit ad similitudinem bigami. Quam rationem assignat Archid. ibi in ver. Bigamus, quia inquit primò Deo, & postea homini nubunt. & hanc partem amplectuntur Specul. loco citato. S. Antoninus in 3. parte, tit. 2. c. 1. Angel. in ver. Bigamia, §. 9. Navarr. d. cap. 27. num. 195. Covarr. in Clement. Si Furius, parte 1. §. 2. vers. Tertio, de homi-

cid. & communiter recentiores. Quibus etiam adjungi potest autoritas glossæ in d. cap. Super eo, in ver. In bigamis, supra eodem. & sequacium, qui hanc tertiam speciem similitudinaria tribuunt bigamie interpretativæ. Alii dicunt votum solemnè adstrictos de factò contrahentes cum unica, & virgine esse irregulares non ex ulla specie bigamie, sed propter præsumptionem incontinentiæ, & ad majorem sacri ordinis reverentiam, Quorum opinio fundatur in cap. qui Cler. vel voten: ubi Episcopus peracta peccati dispensat cum Diacono qui de factò matrimonium contraxit, nec ulla fit mentio de bigamia, & in cap. 2. eod. tit. ubi similiter Episcopus dispensat cum Subdiacono, qui de factò uxorem accepit, ut ad superiores ordines promoveatur ad religionem transire voluerit: & in hanc partem propendit Sylvest. in ver. Bigamia, in prime; qui sic videtur conciliare dissidentes opiniones. Alii demum asserunt tales nulla ratione esse irregulares, sed solum suspensos tanquam notorie criminosos. Ita Host. in cap. Sanè, il secundo, num. 2. in ver. Ex indulgentia, infra de Clero, conjug. cui consentium ibi Imol. & Abb: ambobus, 2. & Covarr. in d. Clem. Si Furius, parte 1. §. 2. num. 2. vers. Secundo, Quibus etiam adscribi possunt Abb: Antiqui, hic in prime. Host. item in princ. in ver. Viduam, Joan. Andr. num. 1. in eod. ver. Burr. num. 8. & Cardin. in princ. dum tenent Subdiaconum, qui de factò contraxit cum vidua, non incurrere penam bigamie, nisi illa sit corrupta, vel suppletis verbum, viduam, scilicet & corruptam, ne sit contra cap. Sanè, il secundo de Clero, conjugat. hi enim procul dubio sent. ute contrahentem cum virgine in hac penam non incidere. Pro qua opinione facit, quia irregularitas non incurrit nisi in casibus in jure expressis, ut notat Joan. Andr. in addit. ad specul. in tit. de legat. §. Iuxta, vers. Et generaliter, & Marian. Socin. in cap. Ad audientiam, num. 1. de homicid. Item facit textus in d. cap. 1. qui Clero, vel voten: qui loquitur promissive de dispensatione cum Diacono, qui alium Diaconum vulneravit, & de factò uxorem accepit. Sed respectu vulneris dispensatio non potest verificari in irregularitate, cum ibi nulla fiat mentio de mutilatione. Ergo nec respectu matrimonii contracti, ne deformis sit determinatio, arg: leg. Tam hoc jure, §. Sed si, & ibi Bart. ff. De vulg. & pupill. & v. in: C. de sentent. & interlocutor. omn. judic. cum similit. Nec est incongruum, ut dispensationis verbum referatur ad suspensos, ut clarè probatur in decreto Concilii Tridentini cap. 6. sess. 24. in princ. ubi Episcopi dicuntur posse dispensare tam in irregularitatibus, quam in suspensionibus ex delicto occulto provenientibus. Non obstat: cap. Quotquot, 27. quæst. 1. quia ibi nulla fit mentio de virgine, & de contrahentibus cum corrupta, ut sic concordet cum hac decretali, intelligunt illum textum Archid. & Summa Pisan. ut refert Sylvest. loco citato. Hæc tamen controversia videtur ferè inutilis: nam si casus sit publicus, cum Doctores conveniant in duobus, videlicet ut tales ministrare, & promoveri non possint nisi dispensativè; atque ut Episcopus possit cum eis dispensare, cum hæc sint expressa in præcatis juribus, & post Innocent. & Host. tenet Abb: in

cap. Ex litteratum, num. 5. qui Clero, vel voten, & Sylvest. in ver. Bigamia, in 7. quæst. vers. Si verò existens in sacris, parum refert an sine per similitudinem bigami, an verò irregulares, aut suspensi. Quod si casus sit occultus, succedit dispositio Concilii Tridentini in præalleg. cap. 16. sess. 24. Quibus præmissis.

11 Nota primò ibi, de jure non patitur: votum solemnizari per suspensionem Subdiaconatus quoad hoc ut dirimat matrimonium post contractum, concordat cap. Presbyterum, 28. dist. cap. A multa, §. Verum, supra de stat. & qual. infra de Clero, conjug. per cap. 1. qui Cler. vel voten. & c. n. de voto lib. 6.

12 Secundo nota ibi, professò bigamus non existit, ex matrimonio validè contracto, & consummato cum vidua veram bigamiam insurgere, ut hic probatur aperte; nam textus decidit eum, qui de factò contraxit cum vidua, bigamum non existere, scilicet verè, ut exponit glossa in figuratone casus, & probat illud adverbium, professò; sed tantummodo penam bigamie incurtere, & sic fieri bigamum interpretativè, ut omnes intelligunt hanc litteram, & redditur ratio cur sic contrahens non sit verè bigamus, quia scilicet non potest in veritate dici maritus viduæ, cum inter ipsum, & illam non fuerit vinculum maritalè contractum. Ergò à contrario sensu si matrimonium inter eos fuisset validum, sic contrahens fuisset verè bigamus. Quod argumentum est fortissimum in jure, l. 1. §. Eius rei, ff. De offic. ejus, cui mand. est jurisdic. & semper est verum quando ponitur causativè, sic ut ponitur hic, ut notat Joan. Andr. in c. Publicato, num. 18. supra de elect. & ita hic est textus clarus pro opinione Dominorum de Rota in præcit. decis. 1. in princ. de bigam. in novis, ubi firmant veram bigamiam incurri, non autem interpretativam ex matrimonio validè contracto cum vidua. Et ponderandum est decisionem illam esse magistralem, & materiam fuisse discussam ibi de mandato Sanctissimi, & secundum illam decisionem Sanctitatem suam dispensasse. & consentit Petrus de Anchar. in conf. 124. Circa bigamos, num. 2. Præterea ut docet Sanctus Thomas in 4. distin. 27. quæst. 3. art. 1. quæst. 1. --- (Bigamia irregularitatem inducit, quia habens alius ministrare Sacramenta, ut habens Sacramentum ordinis, nullum debet in Sacramento defectum pati: defectus autem in Sacramento est, quando Sacramento significatio integra non invenitur. Sacramentum autem matrimonii significat conjunctionem Christi ad Ecclesiam, que est unus ad unum, unde ad perfectam significationem Sacramenti pertinet, ut vir sit tantum unus vir, & uxor tantum unus uxor; & consequenter bigamia que hoc tollit, irregularitatem inducit.) Hæc ex illo, & sequitur Sylvest. in ver. Bigamia, in princ. Sed in matrimonio validè contracto cum vidua deest significatio Sacramenti, quia vidua non est unus uxor, & sic non representat conjunctionem Christi cum Ecclesia, que est unus ad unum. Ergo sic contrahens veram bigamiam incurrit, cum essentia, & veritas bigamie in defectu Sacramenti consistat, & hoc innuit textus hic, dum dicit contrahentem cum vidua de factò verè bigamum non existere, quia non patitur

defectum Sacramenti, sed interpretativè tantum, propter affectum intentionis cum opere subsequuto; per hoc clarè insinuant eum fore bigamum in veritate propter Sacramenti defectum si matrimonium esset validum. Nec restatur quod cognoscens uxorem post adu teritum ad ea commissum patitur defectum Sacramenti, cum illa dividerit carnem suam in plures; & tamen non sit verè bigamus, sed interpretativè tantum, ut dixi supra num. 5. vers. Rursus. quandoquidem hoc verum est nunc, non autem tempore primæ desponsationis cum unica, & virgine, vel consummati matrimonii, quod est recipiendum, cap. Quatuor, 30. quæst. 1. Capell. I. holos. dist. decis. 234. circa med. vers. Nec obstat quod ista dicitur, & facit quod notat Abb. in c. Debitum, in ultima glossa supra eod. Ad hæc ponderandum est, textum in præciti ponere eandem decisionem, quam ponit c. Nuper, supra eodem, in casu tamen diverso, quia hic agitur de Subdiacono, qui de factò contraxit cum vidua; ibi verò de Clerico in sacris, qui mortua uxore de factò contraxit cum secunda, & utrobique deciditur hos non esse bigamos in veritate, sed tamquam bigamos esse reputandos non propter Sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cum opere subsequuto. Sed in casu d. cap. Nuper, si secundum matrimonium fuisset validum, absque dubio maritus verè fuisset bigamus propter defectum Sacramenti. Ergo idem dicendum in terminis hujus cap. Cum utrobique ratio decisionis fundetur in nullitate matrimonii. Quibus etiam addi potest quod Siricius Papa in c. Quisquis, 84. distin. volens denudare bigamos omni privilegio clericali, primo loco commemorat viduarum maritos, deinde qui ad secundas nuptias transierunt ibi, viduam, vel secundam uxorem duxerunt. In congruè autem maritum viduæ prætulisset bigamò verò, si ille non esset nisi interpretativè bigamus, arg. cap. 1. infra de major. & obed. cum similit. Neque huic opinioni advertatur allusio vocabuli, de qua supra, num. 4. Quoniam maritus viduæ congruè dici potest bimæ uxoris maritus, scilicet illius, que sunt bimæ uxor, id est, duorum; & hæc videtur veritas, sed nihilominus in contrarium stat communis Doctorum sententia, ut dixi supra in evidentialibus, num. 5. Licet respectu ostendat nulla sit dissimilitudo, quia verè bigami, & viduarum mariti per omnia æquiparantur, ut cap. De bigamis supra eod.

15 Tertio nota ibi, dispensare non licet: super bigamia interpretativa, quam incurrit Subdiaconus de factò contrahens cum vidua, non esse licitum dispensare, & doctrinam Apostoli 1. ad Timoth. cap. 3. de bigamis non ordinandis, comprehendere hanc quoque speciem bigamie interpretativæ; Doctores tamen intelligunt hoc verum esse in dispensatione Episcopi, non autem Papæ, qui dispensat in omni irregularitate, cap. Nisi cum prius, §. Propter conscientiam, supra, de renunc. Ita Abb. Antioq. in princ. in ver. Non licet, Joan. Andr. num. 4. & Burr. num. 8. in 2. opposit. qui omnes referunt Petrum de Sampone asserentem se vidisse ab Innocent. IV. sic dispensatum cum quodam Monacho in casu hujus decretalis. In his Doctorum assertionibus tu advertat duo, Alterum est, quod dum asserunt

tionem, in qua precisè prohibuit, ne Subdiaconi suis uxoriis communicentur: Gregorius illius licentiam revocavit illam Constitutionem tanquam iniquam, statuitque ut Subdiaconi, qui tunc erant, inviti non cogentur; at in futurum nemo promoveretur, nisi continentiam voveret, quod refertur etiam in cap. *Multorum*, 27. *quasi* 2. & notat gloss. 1. in d. cap. *Diaconi*, 28. *dist.* Ad idem textus in cap. *Miramur*, de *serv. non ordinar.* Cujus hæc sunt verba: licet Subdiaconatus sacer ordo non reputaretur in Ecclesia primitiva, tamen à Constitutione Gregorii, atque Urbani secundum moderna tempora sacer gradus esse nimirè dicitur, habetur in c. *Nullo*, 60. *dist.* & refertur in cap. *Amulius*, de *erat.* & *qualit.* quamobrem cum ordo Subdiaconatus, & matrimonium essentialiter non sint opposita, sed ex constitutione Ecclesie tantum; hinc sequitur, ut sublato constitutionis impedimento per dispensationem Pontificis, Subdiaconus, qui matrimonium legitime contraxit, adhuc sit immunis à potestate seculari, sicuti erat ante matrimonium, tam ordinatione divina, cap. *si Imperator*, ubi Tancred. & alii notant 95. *dist.* c. *Quamquam*, de *Censib.* lib. 6. quam ex Constitutione Ecclesie, ut in cap. 1. 2. & cap. *si distiguit*, de *foro compet.* & in Concilio Tridentino, c. 20. *sess.* 2. *plene* Rota *decis.* 10. incip. *Verum valeat consuetudo Anglicana de Consue. in antiquo.* Idemque etiam si habitum, & consue. non deserat, quia Constitutio Bonifacii VIII. in cap. *un. de Cleric. conjug.* lib. 6. & decretum Tridentini Concilii, cap. 6. *sess.* 23. non statuit nisi de Clericis conjugatis constitutis in minoribus, ut in d. cap. *un. notat* Gemin. in 1. *notab.* & Covarr. *pract.* qu. cap. 31. *sub num.* 6. *vers.* *quinto* hinc *apparet*, & cap. 32. *in fin.*

Secundo Clerici in minoribus licet conjugati ideo fori privilegium retinent, quia matrimonium contra hunc lege permittente, nec status conjugalitatis est incompatibilis cum clericali, ut fuisse probat Lap. *allegat.* 118. *per tot.* Covarr. *d. cap.* 2. *num.* 7. & Clar. in *praxi*, §. *fin.* *quasi* 36. *vers.* *Quaro an Clericus.* Sed & Subdiaconus in vim Apostolicæ dispensationis legitime contrahit, nec status conjugalitatis est incompatibilis cum sacro ordine, ut supra ostendimus. Ergo & Subdiaconus licet conjugatus retinet fori privilegium. Sicuti videmus Milites Alcantaræ, & Calatravæ non ideo minus potiri privilegiis personarum Ecclesiasticarum, quod matrimonium contrahant ex dispensatione Papæ, ut apud Navarr. in *tract.* de *reddit. eccles.* *quasi* 1. *monit.* 55. & *seq.* & *conf.* 10. & 11. *de regul.* & Rot. *dec.* 266. *num.* 5. *part.* 2. *divers.* & de oblatiis, qui ante, vel post oblationem matrimonium contraxerunt, scripti plenè in c. *vi privilegia*, nu. 28. *infra* de *privileg.*

36 Ad hæc beneficii fori concessum est Clericis ratione characteris eiusdem indelebiter impressi in ipsa ordinum susceptione. Joann. Andr. in d. cap. *un. num.* 3. & Gemin. *ibid.* §. 1. *paulo* ante *fin.* *num.* 7. *in princ.* *vers.* *Nam illud est privilegium.* Præpos. in cap. 1. *sub num.* 3. *in ultimis verbis.* & *num.* 5. 11. *quasi* 1. *Oldrad.* *conf.* 83. *num.* 5. Sed per matrimonium subsequens character impressus non deletur, ut notat Abb. in c. *Ioannes*, in 2. *not.* de *cler. conjug.* & est Catholica veritas, ut

in Concilio Florentino in decr. fidei, §. *Quintus*, & in Tridentino *sess.* 7. de *Sacram.* can. 9. Ergo nec fori privilegium tollitur. Et quamvis neque per degradationem deletur character, & tamen Clericus degradatus subijcitur seculari distributioni, cap. 2. ubi gloss. *fin.* de *pæn. lib.* 6. id tamen specialiter statutum est in pænā Clericorum enormiter delinquentium, cap. *An abolendam*, de *heret.* cap. *Super eo*, & c. *Accusatus*, eod. *tit.* lib. 6. cap. *Ad falsariorum*, de *crimin. fal.* & c. *Cum ab homine de judic.* At Subdiaconus nihil peccat contrahendo Pontifice concedente, cap. *Qui peccat*, 23. *quæ* 4. cap. *Dixit*, 14. *quæ* 5. *Gracibus*, c. *De adult.* 1. *Auxilium* ff. *de minor.*

37 Ac demum Græci conjugati in sacris ordinibus constituti gaudent privilegio fori Ecclesiastici, ut tenet Joann. de Imol. in cap. *Nullo*, *num.* 3. *infra* de *for. compet.* & Covarr. *pract.* *quasi* 6. 3. *sub num.* 5. *vers.* *Qua* ratione, ubi improbat consuetudinem Anglorum, apud quos Clerici conjugati, etiam in sacris, coram iudice seculari litigare coguntur, & refert eam improbatam etiam iudices Rota *decis.* 840. *ab* 18. de *consue. in antiqu.* & *decis.* 2. in *antiquior.* Idemque probant auctores omnes, qui censent hoc privilegium extendi etiam ad uxores Clericorum, Quod sentit gloss. in cap. 2. 11. *quasi* 1. Gemin. in d. *can.* 8. in *ceteris*, *num.* 7. & Franc. *sub num.* 6. de *Cler. conjug.* lib. 6. Abb. in cap. 2. *num.* 9. ibique Imol. & Felin. *num.* 3. de *foro compet.* Decian. in *tract.* de *crimin. tom.* 1. lib. 4. *num.* 53. & est ratio, quia hoc de jure civili, & communi est, ut uxor sequatur forum viri, l. *Cum quadam puella*, ff. de *jur. dicit.* *omn. judic.* 1. *penult.* & *fin.* c. de *Imol.* lib. 10. Abb. & Felin. in d. cap. 2. de *foro compet.* etiam circumscripto communi Clericorum privilegio, secundum quod ex persona Clerici etiam familiaribus privilegia communicantur, l. 1. & 2. c. de *Episc. & Cler.* gloss. 1. in c. *Clericum*, 11. *quasi* 1. & sic corrigit argumentum Franchi in d. cap. *un.* per illum textum in *fin.* *ibi* in *ceteris*, & ad argumenta Joann. Andr. in ead. cap. *un.* respondet Abb. in d. cap. 2. Licet cum de hoc aliàs dubitatum esset, responsum fuerit non esse sacre Congregationis id decidere, sed questionem esse solvendam ex dispositione juris communis, ut scripti plenè in d. cap. 2. *num.* 3. *usque* ad *num.* 46. Ergo eodem privilegio potiri debet etiam Subdiaconus Ecclesie Occidentalis, qui matrimonium contraxit ex legitima dispensatione: nam Græci uxorati ideo retinent Clericale privilegium, quia cum Orientalis Ecclesie votum continentia non admitteret, d. cap. *Cum olim*, de *Cleric. conjug.* cap. *Alter*, 31. *dist.* & notatur in cap. *Diaconi*, 28. *dist.* usus matrimonii non est illis interdicitus. Quæ ratio viget etiam hoc casu, quia Subdiaconus propter Pontificis dispensationem solutus est voto continentiae perinde, ac si non vovisset, & legitime utitur matrimonio, ut initio diximus ex doctrina D. Thomæ & aliorum.

Quare, quoad hanc primam dubitationem videtur respondendum, matrimonium, ut proponitur, contractum non oblatore Subdiacono quo minus gaudeat exemptione à iudicibus secularibus, & revera absurdum esset, ut existens in sacris subijceretur laicorum Jurisdictioni ob matrimonium contractum approbante Pontifi-

38 ee, cum tamen ob quodcumque crimen quantumvis enorme, & irregularitatem irrogante fori privilegium non amittat ante actualem degradationem, & traditionem curie seculari, cap. *Cum non ab homine*, de *judic.* ubi omnes notant & tradit Clar. post *Matos* in §. *fin.* *quasi* 36. *vers.* *Sucessive* *quaro*, & *vers.* *Dixi* etiam: & pro hac sententia adducitur Navarr. in *dict.* *tract.* de *reddit.* *Eccles.* *monit.* 55. *num.* 10. ubi in fortioribus terminis docet, regularem solemneriter professum, qui ex dispensatione Summi Pontificis matrimonium contrahit, esse personam Ecclesiasticam, & gaudere privilegio fori, & canonis. Pari enim passu ambulat quoad Clericale privilegium Clericus, & Profellus, ut notat Jo. Andr. in cap. *unic.* *num.* 19. *vers.* *ex qua dicta sunt de Clerico, procedant in professu, supra* de *oblig.* ad *ratio.*

39 Quoad secundam verò difficultatem Bonaguida, aliàs Boatinus Doctor antiquus in c. 1. *supra* eodem, opinatus est Sacerdotem, qui cum vidua matrimonium contraxit, esse omni Clericali privilegio nudatum, ac posse per iudicem secularem coerceri, & gloss. ult. in c. *si Subdiaconus*, 34. *dist.* dicit Subdiaconum, qui secundam uxorem duxit, de jure communi perdere privilegium Clericale, sed loquitur secundum illud tempus, quo Subdiaconatus non existimabitur esse inter sacros Ordines, ut illic notatur, & advertit Sor. in 4. *Senten.* *dist.* 23. *quæ* 3. *art.* 3. quod etiam sentit Navarr. *conf.* 3. incip. *Quidam ex illis* *dist.* *sub nu.* 6. ubi postquam dicit Pontificem posse cum Subdiacono dispensare, ut ducat uxorem, subdit immediate: dispensatio enim ut contrahat matrimonium, eo contracto & consummato præsertim cum vidua, potest iusta bella gerere, milites ducere, sententiam sanguinis ferre, &c. Et perinde est ab Ecclesiastica potestate exemptus, ac quilibet alius laicus conjugatus jure ipso communi id statuente. Quo loco Navarrus loquitur aperte de Subdiacono; tum quia de eo proxime egerat, tum quia verba illa, *dispensatio ut contrahat matrimonium*, non possunt congruè referri ad Clericum in minoribus, qui nulli eget dispensatione ad matrimonium contrahendum. Jura tamen adducta à Navarro, nempe cap. 1. de *bigam.* lib. 6. & alia alium habent intellectum, ut inferius dicitur. Hanc eandem opinionem sequitur Sanchez de *matrim.* lib. 8. *dist.* 8. *nu.* 11. *vers.* *Quare* hinc *infero*; sed perfundiori loquitur, & nullam asserit rationem, vel auctoritatem. Ac demum idem censet Suarez adversus Anglos lib. 9. cap. 28. *num.* 3.

Verum huic sententia nemo adhæret ex antiquis, & gravioribus scriptoribus; quia Constitutio Sixti Papæ relata in c. *Quisquis*, 84. *dist.* & Gregorij X. in Concilio Lugdunensi edita, per quas bigami declarantur omni privilegio nudati, & coercionis fori secularis addicti ad Clericos sacris Ordinibus insignitos non pertinent, nec ad eos extenduntur, sed ad Clericos in minoribus tantum, ut docet gloss. in *ver.* *Clericus*, in d. cap. *Quisquis*, cui adhærent ibi Archid. & Præpos. & gloss. in cap. *unic.* in *ver.* *Bigamos*, de *bigam.* lib. 6. atque idem Archid. Joann. Andr. Gemin. Franc. & alij omnes. Tiber. Decian. *tract.* *crimin.* cap. 9. *nu.* 3. ubi propterea censent exi-

40 sentem in sacris, si de facto contrahat matrimonium cum vidua, censeri quidem bigamum quoad inhabilitatem Ordinum per hoc cap. & cap. *Nuper*, *supra* eodem, sed non quoad privationem privilegij Clericalis. Quod etiam tenent Hostiens. & Joann. Andr. ambo *num.* 3. *Colledar.* in *princ.* & Cardin. in *ult.* *col.* Addo Capell. Thol. *dec.* 234. Joann. de Montaigne in *tract.* de *bigam.* *quasi* 5. *effectu* 4. *sub num.* 15. *vers.* *Non*, & eund. Navarr. in *tract.* de *reddit.* *Eccles.* *monit.* 55. *num.* 13. Ratio differentia est ut inquit Gemin. *ibi num.* 6. quia in minoribus constitutus sic contrahendo matrimonium, cum ad facultatem redeat, & non remaneat persona Ecclesiastica, privatur fori privilegio; sed constitutus in sacris cum propter characterem ordinis sacri non possit ad seculum redire, nec desinere esse persona Ecclesiastica, retinet privilegium fori, & Joann. de Fan. ibidem eandem rationem assignans dicit non esse justum, nec æquum, ut constituti in sacris in pænā bigamiæ exuantur privilegio Clericali, cum jam religati divino obsequio ad laicalem statum redire non valeant. Sequitur Joann. de Montaigne de *bigam.* *quasi* 5. *effectu* 4. *num.* 24. in *fin.* ubi asserit cum Joann. de Fant. communiter transire omnes Doctores, & Sylvest. in *ver.* *Bigamis*, *num.* 8. ubi reprobat opinionem Boatini, atque alijs relatis, similiter restatur hanc esse magis communem, & veriore sententiam; quæ in casu speciali, de quo agitur, redditur clarior, quia Summus Pontifex in litteris dispensationis, *Multifariam*, ostendit hunc Subdiaconum non desinere esse de foro Ecclesie; illi enim in dicit ut possit absque metu irregularitatis esse iudex in causis criminalibus, etiam si sanguinis effusio, membrorum mutilatio, seu mors inde sequeretur. Rursum ideo reservavit pensionem Ecclesiasticam super Archidiaconatu, eumque obligavit ad recitationem officij B. Mariæ Virginis. Quæ omnia necessario supponunt eum esse personam Ecclesiasticam, quia laici non egent dispensatione pro iudicio in causis Capitalibus ferendo, nec sunt capaces pensionis Ecclesiasticæ, ut est notissimum, & ita resolutum in Sacra Congregatione Concilij pro Archidiacono Toletano ex unanimi Patrum sententia.

Tertiò QUÆRO: An dispositio hujus Decretalis vendicat sibi locum in Clerico minorum Ordinum, vel laico, qui cum vidua, vel corrupta de facto propter aliquod impedimentum dirimens matrimonium contraxit, & eam cognovit, adeo ut exinde bigamia irregularitatem incurrat.

Ad partem negativam arguitur primò, quia irregularitas non inducitur, nisi in casibus à Jure expressis, cap. *Super eo*, *supra* eodem, & dictum est *supra*, *num.* 7. At nullibi reperitur Jure cautum, ut Clericus minorum Ordinum, vel laicus invalide contrahens cum corrupta incurrat irregularitatem; cum Jura, quæ contrahentibus de facto hanc pænā infligunt, loquantur de Clericis ad sacros Ordines promotis, ut inferius dicitur.

Secundò omnis bigamia vel est vera, vel interpretativa, vel similitudinaria, secundum Speculat. in *tit.* de *dispensat.* §. *Intra*, *num.* 6. & si hinc ostensum est *supra*, *num.* 2. Hoc autem casu

non adest bigamia vera, quia talis non contrahitur valide cum duabus successive, cap. *Nuper*, & cap. *Deinde*, 26. *distin.*: neque interpretativa, quia non contrahitur cum duabus invalide, vel cum una valide, & cum alia invalide, ut in c. *Nuper*, supra eodem, nec cum corrupta valide, ut in cap. *Matrimonium*, 33. *distin.*: neque similitudinaria, quia non contrahitur de facto cum unica, & virgine post votum solemne sacri Ordinis, vel religionis, ut in cap. *Quotquot*, 27. *q. 1.* & ita per hanc fundamenta concludit Navarr. *conf. 1.* quod incipit: *Quidam laicum*, hoc est, & idem firmat in *Man. cap. 27. num. 195.* ubi etiam testatur sic nuper conclusum fuisse in sacra Penitentiaria, & eidem sententia postea adhererunt Gregor. de Valen. in 4. part. *diff. 7. qu. 19. punct. 3. in prima specie irregularitatis*, & Sanchez alios recentiores adducens de *matrim. diff. 84. num. 11.* Et tenendo hanc partem non obstat secundum Navarr. hanc Decretalis, quia non loquitur de Clerico minorum ordinum, sed de Subdiacono, qui per susceptionem sacri ordinis Subdiaconatus obligatur voto solemni, quo contrahitur spirituale matrimonium cum Christo, ut cap. *Amulsi*, supra de *erat. & qual.* juncto cap. *Vnico*, de *voto*, lib. 6. unde postea contrahendo, licet de facto, aliud matrimonium carnale, bigamiae poenam incurrit, ut hic. Quae ratio non viget in Clerico minorum ordinum, vel laico, qui prius nullum spirituale conjugium contraxit, ut palam est. Unde merito Innoc. in c. *Nuper*, supra eodem exponit illud verbum, *Clericus*, id est, in sacro Ordine constitutus, quasi per hoc ferriat illam Decretalem non habere locum in Clericis minorum ordinum, & eodem modo respondetur ad cap. 1. infra, qui *Cler.* vel *voven.* & ad cap. *Sancti Sacerdotes*, de *Cler.* *conjng.* Illud enim loquitur de Diacono; hoc vero de Presbyteris, qui post contractas nuptias spirituales contraxerunt, licet invalide, alias carnales.

Ad contrariam partem inducitur textus hic, qui non fundat se in ratione illa, quod Subdiaconus per sacri Ordinis susceptionem contraxerit spirituale matrimonium cum Christo, ut putavit Navarr. alias enim Subdiaconus incurreret poenam, de qua hic, etiam contrahendo cum unica, & virgine: nam & eo casu vigeret illa ratio, quod prius contraxisset nuptias spirituales, & demde carnales; & tamen Doctores communiter intelligunt Subdiaconum in hanc poenam non incidere contrahendo cum vidua, nisi illa sit corrupta, suppletur verbum, *Vidua*, scilicet & *corruptam*, ne sit contra cap. *Sancti*, *il. secundo*, de *Cler. conjng.* pro ut hic supplet Abb. Antiq. Hostiens. Joan. Andr. Bellam. & Cardin. omnes in *prin.* in ver. *Vidua*, & Butr. *num. 8.* Quinimo hic textus si sedulo expendatur, potius excludit rationem binarum nuptiarum: nam cum dicat, hunc Subdiaconum incidere in poenam bigamiae non propter Sacramenti defectum; utique per hoc excludit rationem duplicis conjugii, spiritualis, & carnalis, quae inducit defectum Sacramenti, cum per mat. significationem conjunctionis, & unitatis Christi cum Ecclesia, secundum ea, quae dicta sunt supra, *num. 13.* Veragitur ratio est, quae exprimitur in textu, videlicet propter affectum intentionis cum opere subsequito, quia quantum in se fuit, ma-

trimonium contraxit, & consummavit, ut hic, & in cap. *Nuper*, supra eodem. Hanc autem ratio aequae viget in Clerico minorum Ordinum, vel laico, qui invalide contrahit propter impedimentum dirimens, atque in Subdiacono, cum in utroque adit affectus conjugii hic ponderatur: nam in matrimonijs contrahendis non iuris effectus, sed animi destinatio attenditur, ut legitur in dict. cap. *Nuper*, & in maleficijs spectatur voluntas, non exitus, cap. *ult.* 48. *distin.* l. *Diripi*, ff. ad *leg. Cornel. de Sicar.* & l. *Servus*, C. eodem, secundum Innocentium in dict. cap. *Nuper*, *num. 2.* & Hostiens. *num. 5.* Ergo quamvis textus loquatur de Subdiacono; tamen vendicatur sibi locum etiam in Clericis inferioribus, & laicis, qui sub dicta ratione includuntur: nam ubi ratio legis vel Canonis est amplior, vel generalior dicto, seu disposito, tunc ad ampliorem rationis extenditur ipsa dispositio, text. est in l. *Regula*, §. *fin.* & ibi Bart. & Bald. notant, ff. de *jur. & fact. ignor.* & hoc pro regula constituitur Cardin. in *Clem. 1. num. 18. de elect.* Abb. in cap. *Sicut*, circa *finem*, de *testibus*. Cortes. *singul. suo. 23.* & *lingul.* 218. Everet. in *suacenturia legala in loco a ratione legis lata*, & passim Doctores. Quae regula procedit etiam materia sit exorbitans, & penalis, ut est gloss. notab. in dict. *Clem. 1.* in ver. *eligatur*, de *elect.* Item gloss. in c. *Cupientes*, §. *Denique*, in ver. *si struatas*, eodem *tit.* & tradunt Gemm. *conf. 37. Dubitatur de duobus*, *num. 6. vers. item licet constitutio*. Petr. de Anch. *conf. 304. ista allegata*, *num. 4.* & Cravett. *conf. 227. Jaffredus Regis*, *num. 4. §. 6.* & ex hoc tollitur primum fundamentum contrariae sententiae, quod poena irregularitatis non licet inducenda nisi in calibus a jure expressis. Quoniam casus, de quo agitur, satis dicitur expressus in jure, cum includatur sub generali ratione expressa in hoc cap. Ita notabiliter dicit gloss. praereg. in d. cap. *Cupientes*, §. *Denique*, in ver. *si struatas*, & Paul. de Caltr. *conf. 441. Pro declaratione*, *num. 6. vers. Item casus tacitus a statuto videtur expressus*, lib. 1. nam, ut ait Calder. *conf. 1. Vi. ubi pendem*, ubi locum habet legis ratio, circa id prodicta dici debet lex, & secundum Bald. *conf. 384. status Civitatis*, *col. 2. lib. 5.* quae sunt ejusdem rationis includuntur sub dispositione ex significatione, id est, tanquam expressa proprie, non tacite, & sequitur Cravett. *plura cumulas conf. 183. Regula*, *num. 3.*

Secundo ad hanc partem inducitur textus in c. *Nuper*, supra eodem, ubi qui de facto secundam uxorem accepit, bigamiae poenam incurrit, licet bigamus non sit. Quae ratio loquitur de Clerico in sacris Ordinibus constituto; & tamen procedit etiam in Clerico minorum Ordinum, & in laico, qui contraxit secundum matrimonium de facto propter quodcumque impedimentum dirimens, ut tenet ibi Hostiens. *nu. 4. in ver. Clericus*, qui expressè ponit exemplum in Clerico minorum Ordinum, qui contraxit secundum matrimonium de facto cum consanguinea, vel affino: & consentiunt ibi Joan. Andr. Cardin. Butr. & omnes; & in non Clerico Sylvest. in ver. *Bigamia*, *nu. 7. vers. Et similitur*, & faverit Navarr. in *praereg. conf. 1. n. 8.* Ergo eodem modo textus nolet quamvis loquatur de Subdiacono, tamen includit etiam Clericum minorum Ordinum, & la-

CLICIT

cum qui contraxit cum vidua, vel corrupta de facto propter impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, vel aliud simile, arg. c. 2. supra de *transl. Episcopi*. Et stringitur argumentum, quia textus decidit tales non esse bigamos, sed bigamiae poenam incurtere: & rationem exprimit non propter defectum Sacramenti, sed propter affectum intentionis cum opere subsequito. Cum ergo hos casus nectat eadem ratio, quoad iuris dispositionem non sunt separandi: textus in l. *Illud*, & ibi Oldrad. ff. *Ad leg. Aquil.* & notat Bald. in l. *De quibus*, ff. *De legibus*, ait enim: Ubi est eadem ratio in pluribus casibus, una & eadem ratio decidit omnes illos casus, non per extensionem, sed sicut genus comprehendit species, sic generalis ratio diversas species. Quod Baldi dictum pro eleganti referunt, & sequuntur Paul. de Caltr. d. *conf. 441. num. 6. Ad fin. lib. 1.* & Cravett. d. *conf. 183. num. 3.* Et hinc patet responso ad auctoritatem Innocentij in dicto cap. *Nuper*. Ipse enim exponit verbum, *Clericus*, id est, in sacris constitutus, quia textus de illis loquitur non ad exclusionem inferiorum Clericorum, sed in quantum ordo sacer est impedimentum dirimens matrimonium: unde ex quocumque capite proveniat impedimentum dirimens sive in Clerico, sive in laico, procedit illa decisio secundum omnes.

Tertio ad idem arguitur, quia contrahens cum duabus successive, & semel contrahens cum corrupta in omnibus aequiparantur ubi matrimonium est validum, c. *De bigamia*, supra eodem, & late ostensum est supra in 2. notab. Ergo eodem modo aequiparantur cum matrimonium est nullum, ut idem operetur oppositum in opposito, quod propitium in proposito, ut leg. *Si ex toto*, ff. *De legat. 1. §. leg. 3. in l. 4. & L. Legata*, in *fin. ff. De adim. legat.* & contrariorum eadem sit disciplina, ut leg. *1. ff. De his qui sunt sui, vel alieni: jur. cum simi.* Sed contrahens nulliter, & de facto cum duabus incurrit poenam bigamiae, etiam si sit Clericus in minoribus, aut laicus, ut supra proxime ostensum est. Ergo eandem poenam incurrit Clericus, vel laicus contrahens nulliter cum vidua, vel corrupta; & revera negari non potest, quin isti duo casus aequiparentur conjungendo decisionem dicti cap. *Nuper*, cum decisione textus nostri. Et per hoc patet responso ad secundum fundamentum Navarr. quod talis non sit bigamus verè, nec interpretativè, nec similitudinariè: nos enim dicimus contrahentem cum vidua de facto sive propter impedimentum Ordinis sacri, sive propter quodcumque aliud impedimentum fieri bigamum interpretativè per hoc cap. Sicut efficitur talis, qui contrahit cum secunda de facto: & sic divisio illa trimembris non est integra, quia in secundo membro interpretativè omittitur hanc species, quae incurritur propter matrimonium quomodo libet contractum de facto cum vidua, vel corrupta.

Ultimo ad hanc partem inducitur theoria Joan. Andr. in dict. cap. *Nuper*, *num. 5.* ubi regulam generalem constituit his verbis: (Quomodocumque non teneat matrimonium consanguinitate, affinitate, voto, vel alia quacumque de causa, si de jure contractum induceret bigamiam, contractum de facto copula subsequuta

inducit poenam bigamiae, & infra: Satis est enim quod habuerit affectum conjugii, & iste affectus hic attenditur, ut dixi supra post Innocent. Sicut ergo publica honestas inducitur ex matrimonio, quod non tenet, dummodo teneat ex consensu, de *sponsal. cap. un. lib. 6.* sic ex tali matrimonio consummato inducitur bigamia. Hec ille. Et eandem regulam ante ipsum posuit *lib. Host. num. 4.* in ver. *Clericus*, & eam sequuntur Collect. *num. 3.* Butr. *num. 8.* Cardin. in 6. *notab.* Anchar. in 3. *notab.* & Joan. de Anan. *num. 2.* Sed matrimonium de jure contractum cum vidua, vel corrupta inducit bigamiam etiam in Clerico minorum ordinum, & in laico, ut cap. *Si quis viduam*, *1. & 2. 3. dist. cap. Quisquis*, 84. *dist.* & cap. *Matrimonium*, 33. *dist.* Ergo contractum de facto etiam in talibus inducit poenam bigamiae.

Et hanc sententiam sequuntur Domini de Rota *decis. 1. de bigamia in nov.* ubi articulo de mandato Papae mature discusso unanimiter resolvunt Clericum minorum Ordinum, qui de facto contraxit cum vidua, esse bigamum interpretativè, & egere dispensatione Apostolicâ si libelle tamen iustam causam dispensandi, quia ille Clericus ignoravit impedimentum, & postea matrimonio divorciato, bona fide intravit religionem, & promotus fuit ad omnes sacros Ordines, & ita Urbanus VI. dispensavit propter illam de cessionem, ut ibi refertur. Quamobrem sententia S. Penitentiariae opponitur sententia Papae, qui dispensando utique probavit tales contrahere irregularitatem bigamiae, & egere dispensatione Apostolicâ. Eidem sententiae adhererunt in *Summa hujus tit.* Goffred. & Hostiens. *num. 3.* §. *Quot sunt species*, *vers. Quarto*, Alber. in *Distinctione litterae B. an ver. bigamia*, in *fin. Alten.* in *Summa 2. part. lib. 6. tit. 7. artic. un. quest. 2.* Montaign. *de Bigamia*, *quest. 6. num. 2. vers. Quarto*, & ex Theologis Richard. in 4. *dist. 27. art. 4. quest. 3.* in corpore, & ad primum, & Petr. de Palud. *ibid.* *quest. 4. art. 4. num. 28.* & *dist. 38. art. 5. conclus. 2. in fin.* *num. 34.* Et est communis omnium sententia, ut testatur Covarr. in *Clem. Si Eusebius*, *part. 1. §. 1. num. 2. vers. Et unde*, & *tertio*, de *homicid.*

DE OFFICIO ARCHIDIACONI

Cap. Ad haec.

S Y M M A R I V M.

1. Archidiaconi, & Archiepiscopi officia quomodo invicem se habeant, & in quibus distinguantur, & num. sequi usque in fin.
2. Dubia plura inter Archidiaconum, Archiepiscopum Arrien. & num. 10. vers. Ex supra dictis.
3. Archidiaconus, & Archiepiscopus Vicarius Episcopi a jure sunt constituti.
4. Dignitates Archidiaconatus, & Archiepiscopatus habent se tanquam excedentia, & excessiva.
5. Archiepiscopus est major ordo. Archidiaconus est major administratio.
6. Archidiaconus potest a quo completatur.
7. Archidiaconus unus dicitur.